

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

DE PIGHARDIS VVALDENSIBVS CAP. XXXVI

maniam prolis ac tædiosis nugis consultat, modumq; præscribit, quomodo ad vnitatem Ecclesiæ, & in vnam fidem per Legatos nostros reducendi sint Bohemi. At paulo post, mutata sententia, sic e sublimi superbiam & furoris sui solio pronunciat in Babylone sua. Si vtri sunt Hæretici & Schismatici nominandi, non Bohemi, non Græci (quia Euangelij nituntur) sed vos Romani estis Hæretici & impij Schismatici. Et in Assertionem Erraui (inquit) & hunc articulum reuocaui, & adhuc reuoco, in hoc quod dixi, Aliquos Articulos Iohannis Huls esse Euangelicos. Quare nunc sic dico. Non aliquos, sed omnes articulos Iohannis Huls Constantiæ esse damnatos, ab Antichristo, & suis Apostolis, in Synagoga illa Saranæ, ex sceleratissimis Sophistis congregata, Et in faciem tuam (inquit) sanctissime vicarie Dei tibi libere dico, omnia damnata Iohannis Huls esse Euangelica & Christiana, tua autem omnia prorsus impia & Diabolica, Hæc tibi, Nec his furij & blasphemij contentus, maxime virulentum, & impium ac hostilem in Roma. Ecclesiam liberis scripsit, postea ad Senatum Pragensem, sed parum gratiæ reuertit, Si enim veniret Pragam, nihil certius ibi expectare posset quam vltices flammæ & palum acutum. Nunc cogitatu. Illud. Prius quod honorificum tibi futurum sit vel apud Cæs. Maiestatem, vel in generali Concilio, stare a parte Lutheri, quem & Hussitæ, & Pighardi quoque ac omnes Hæretici antiqui, tum & noui Suermeri sui reijciunt & condemnant.

Ad nobilitatem
Germa. c. 24

In cap. Babyl.
c. de Eugbar.

In Assertio
art. 39

DE PIGHARDIS VVALDENSIBVS

CAPVT

XXXVI

In Hæreticos istos maxime Barbaros plerumque inuectus est Lutherus, antequam in profundum peccatorum venit. Sic enim scripsit in Declamationibus . X . præceptorum. Verum (inquit) ne Pighardi, Hæretici infelices, suas partes a me adfuturas confidant. Qui præ nimia ruditate nobis Theuronensis (superbissimo fastidio indignati) imponunt, quod Sanctos Dei colamus, & Idola faciamus, Et ideo contra nos aceruum versuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis nisi vnum Deum. Et ut nobis apud suos iustissimam inuidiam conflare videantur, insidiosissime omittunt, quod scribit Rex David & Salomon, & multi alij adorati, Simul impij peruersores scripturæ, & subdoli calumniatores pietatis nostræ.

De . X . Præ
cep. c. 12.

Ita